



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Epistola XLV. Beatissimæ, & sanctissimæ Dei Genetricis semperque  
Virginis Mariae congregationi, & pio patri Moroaldo, Ultimus Sanctæ  
Ecclesiæ Clientellus Alcuinus Christi charitate salutem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

multiplicare in loco, vbi accepisti eum, & mercedem  
 expectare perpetuæ beatitudinis, dicente Domino tuo: *Luci 19.*  
 Euge serue bone, & fidelis.

## EPISTOLA XLV.

Beatissimæ, & sanctissimæ DEI Genetricis  
 semperque Virginis MARIÆ con-  
 gregationi, & pio patri Mo-  
 roaldo,

VLTIMVS SANCTÆ ECCLESIE CLI-  
 entellus Alcuinus in Christi charitate  
 salutem.

**S**ERIVS vestræ sanctitatis audiens famam, & ideo  
 me vestræ familiaritati adiungere desideravi: sed  
 modò tempus opportunum occurrit per præsen-  
 tem fratrem obnixis precibus me ipsum vobis commen-  
 dare. Quapropter per sanctæ Virginis filium, vestram sup-  
 pliciter obsecro vnanimitatem, vt me, licet indignum, ve-  
 stris animis, atque manibus accipere dignemini, non qua-  
 si ignotum, sed quasi fratrem. quia licet oculis carnis non  
 vidissem, tamen oculis cordis vos videre videor, & valde  
 diligo; honestatemque vitæ vestræ animo complector,  
 studiosè cupiens vestram beatitudinem vbique gaudere  
 in Domino, & ad perpetuæ pacis peruenire læticiam.

Orantes pro nobis, vos semper valete in  
 Christo fratres dilectissimi.

✠ (: ) ✠  
 ✠

EPI.

UCCANJ  
 SII  
 omj m  
 SIV  
 24